Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



eius et dixerunt Scimus quia hic est filius nostr.
et quia cecus natus est. quomodo autem nunc uideat
nescimus: aut quis eius aperuit oculos: nos nes
cimus ipsum interrogate: etatem habet ipse de se
loquatur Hec dixerunt parentes eius. quia ti
mebant iudeos Iam enim conspiraverant iudei: ut
si quis confiteretur eum xpm extra synagogam fieret
Propterea dixerunt parentes eius: quia etatem habet
ipsum interrogate Vocaverunt ergo iterum hom
inem qui fuerat cecus: et dixerunt ei Da glo
riam deo Nos scimus quia hic homo peccator est
Dixit ergo ille Si peccator est nescio. unum scio
quia cum ~~cum~~ cecus esset modo uideo Dixerunt
ergo illi Quid fecit tibi Quomodo aperuit tibi
oculos Rndit eis Dixi uobis iam et audistis.
quid iterum multis audire Numquid et uos multis
discipuli eius fieri Maledixerunt ei et dixerunt
Tu discipulus illius sis: nos autem moysi discipuli sum
Nos scimus quia moysi locutus est deus. hunc autem
nescimus unde sit Rndit ille homo et dixit eis
In hoc enim mirabile est. quia uos nescitis unde sit
et aperuit oculos meos Scimus autem quia peccatores
deus non audit. sed si quis dei cultor est. et uoluntatem
eius facit hunc exaudit Ab seculo non est auditum.
quia quis aperuit oculos cecci nati Nisi esset hic a
deo: non poterat facere quicquam Rnderunt et
dixerunt ei In peccatis natus es totus: et tu doces nos
Et eiecerunt eum foras Audiuit iesus quia eiec
erunt eum foras: et cum inuenisset eum dixit ei Tu
credis in filium dei Rndit ille et dixit Quis est
domine ut credam in eum Et dixit ei iesus Et uidi